AS PART OF THE
DITTENBERGER-VAHLEN
CIC 6 PRESERVATION GRANT
PROJECT
Funded by the
National Endowment for the
Humanities

AUTHOR: Lobeck, Chr. August (Christian August)

TITLE: De compositione substantivorum : dissertatio I

PLACE: Regiomonti

DATE: 1816

BIBLIOGRAPHIC RECORD TARGET

The Classics Library
University of Illinois at Urbana-Champaign

CIC 6 / NEH Dittenberger-Vahlen Microfilming Project

Storage Number : 00-0231.8

```
Lobeck, Chr. August 1781-1860.  (Christian August)
     De compositione substantivorum : dissertatio I / C.A.
Lobeck.
Regimonti : Typis Academicis Hartungianis, 1816.
8 p. ; 21 cm.

1. Greek language.  I. Title.

Language: Latin.
Note(s):  Includes bibliographical references.
          Dissertation: Pr.

OCLC: nc
```

Technical Microfilm Data

Microfilmed by
Preservation Resources
Bethlehem, PA

On behalf of
The Classics Library
University of Illinois at Urbana-Champaign
Urbana, IL

Film Size:	**35mm microfilm**
Reduction Ratio:	11 **: 1**
Image Placement:	**IA (IIA) IB IIB**
Date filming began:	12-9-02
Camera operator:	K. Jones

PM-MGP
METRIC GENERAL PURPOSE TARGET
PHOTOGRAPHIC

PRECISION[SM] RESOLUTION TARGETS

A & P INTERNATIONAL
715/262-5788 FAX 262-3823
577 LOCUST ST.
PRESCOTT, WI 54021

A4

150 mm

A5

100 mm

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

1.0 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

1.5 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

2.0 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

2.5 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

De Compositione substantivorum dissertatio I.

qua

ad audiendas orationes

Tettavianam

A. D. XXV.

et

Kospothianam

A. D. XXVI. Jun. A. MDCCCXVI. H. XI.

in auditorio maximo habendas

Academiae Proceres, Doctores et Cives omnesque artium cultores

invitat

C. A. Lobek

Veteris literaturae Professor.

Regiomonti,
typis academicis Hartungianis.

Etsi grammatica Graeca nuper in Germania potissimum nostra tantos habuit progressus, ut si retro ad tenuitatem superiorum temporum spectemus, prope absoluta, si vero ad id, quod profitetur et spondet, certe probabiliter inchoata videatur, tamen ne unus quidem in ea praesertim parte, que etymologica dicitur, reperiatur locus, de quo non multa plura dici et possint et debeant, quam hactenus a grammaticis doctoribus tradita sunt. Nullus autem habetur locus aut ordine prior, aut ad usum magis necessarius, quam qui est de terminatione vocabulorum primae declinationes purorum et non purorum, quorum haec s. v. Κίσσαιθα tractabimus; de altero genere quae dicenda habemus, quum nihil intersit, a quo principium capiamus, ad v. Ικετεία tanquam ad caput referemus.

Phrynichus in principio Eclogarum, Ικεσία, inquit, ἀδόκιμον. ἱκετεία δέ; et in App. Soph. p. 44. ἱκετεία διὰ τοῦ τ, οὐ διὰ τοῦ σ, ἱκεσίους μέντοι λιτας καὶ λόγους ἱκεσίους a quo longe dissentit Thomas M: Ικεσία: καὶ ἱκέτευμα Θουκυδίδης. Re utrinque cognita nec Pauwio obtemperandum puto, qui Phrynicho suffragans Thomam corrigit, neque Oudendorpio assentior, qui ob exempla, quae Hoeschelius affert, Phrynichum erroris arguit. Namque Thomas, τὸ ἱκετεία neque probans neque improbans, nihil aliud quam ἱκεσία laudat, recentiorum Atticistarum, uti solet, auctoritatem sequutus, apud quos hoc crebro in usu est, maxime numero

plurativo Appian. Bell. Pun. VIII. 83, 417. 84, 418. Diod. Sic. XIII. 29. 251. Dion. Hal. IV. 52, 769. VII. 77. 1217. VIII. 17. 1539. 67, 1669. (ubi Cod. Vat. rectius pluralem praebet) Themist. Or. V. 69. C. Pausan. VII. 2. 240. X. 26. 242. Liban. Epitaph. Jul. p. 531. 8. Zosim. III. 33 273. Philo de Vit. Mos. III. 678. B. Sed iidem etiam alterius formae usum non plane intermiserunt v. Dio Cass. XXXVIII. 151. T. I. LIX. 26, 931. et saepius, Aristid. Or. Sacr. IV. 323. T. I. Alciphr. Ep. I. 31. et quos Hoeschelius citat. Ita fit, ut codicum tantum nitamur fide, qui si quid inter se discrepant, liberum est, in quam quisque descendere velit partem: ut v. c. prò ἱκεσίας Joseph. Antiqq. VII. 13. 404. codd. omnes ἱκετείας offerunt, quo consensu ne quis nimis moveatur, iidem mox. 14, 480. ἱκεσίας tuentur, edd. ἱκετείας. Sic et in Liban. Or. ad Theod. p. 671, 14. T. I. ἱκεσίαι a Morellio e codd. et apud eundem ad Antioch. 484, 2. T. I. a Fabricio ἱκετιῶν editum est, forma reicula, in quam saepius incurrerunt librarii ut Joseph. Ant. II. 9. 98. III. 1. 120. Prorsus eodem errore προστατεία et προστασία, modo inter se, modo cum προστατία Dio Cass. LXXIX. 4. 1353. permutantur, cujus confusionis exempla afferam mox plura. Sed ne deerrem ab eo, quod exponere coepi: ἱκετεία est antiquior scriptura Isocrati Paneg. XV. p. 68. Platoni de Legg. VII. 337. XII. 192. Lysias Epitaph. p. 103. T. V. Antipho ap. Suid. s. h. v. δάκρυσι καὶ ἱκετείαις (σὺν ἱκεσίᾳ τε καὶ δακρύοις Pausan. III. 8. 362.) Thucyd. I. 24. et 133. III. 67. 488. unde citat Antiatticista Coisl. Bibl. p. 482. Beck. p. 100. eorum, puto, causa, qui ut plerique recentiores, ἱκεσίαν praetulerunt. [a])

---

a) Ἱκέτευσις ap. Suid. s. ἱκετεία, nondum notarunt Lexicographi. Idem auctor ἱκετεία ἱκετηρίας διαφέρει. ἱκετεία γὰρ, ἣν τις ποιεῖται διὰ λόγων, ἱκετηρία δὲ, ἣν οἱ δεόμενοι κατατίθενταί που ἢ μετὰ χεῖρας ἔχουσι. His similia quae tradit auctor Lexici nomici p. 190. facile e Lex. rhetorico p. 267. redintegrabis. Sensu proprio dicitur ἱκετηρίαν θεῖναι Demosth. c Timocr. p. 703. 23. Aeschin. c. Timarch. 132. Apollod. III. 7. 1. Longus II. 13. p. 200. κα-

Atque hoc ipsum etiam apud veteres aliquoties occurrit atticos, Tragicos, Isocratem, Aeschinem c. Ctesiph. p. 512. Unde sit, controversum est: sed malim a simplici ἱκεσίς s. ἵξις productum habere, quam a verbo ἱκεσιάζω repetere, cujusmodi verbis in ζω substantiva simplicia in ια pleraque ortum debent, ἀγορασία b) γυμνασία, δικασία Aquil. Prov. 18, 6. quod nisi e διαδικασία depravatum est, Lexicis addi poterit, δοξασία, ἑτοιμασια, ἐργασία, ἱππασία, κωμασία, ὀνομασία, ἐξοπλισία (κατασκευασία Suid. s. κῦφι deest Lex.) χειμασία, χλευασία quibus plerisque agnatae sunt formae in σι, ἀγορασις, ἐργασίς (omissum Lexicis Schol. Eur. Med. 864.) γύμνασις, ὅπλισις. Praeter haec, etiam verba in νω substansiva duplicis terminationis progignunt, ut θέρμανσις, et θερμασία, σήμανσις, quod omittunt Lexica, Nicomach Geras. L. II. 44. ed. Wechel. et σημασία ξήρανσις et ξηρασία. Ξήρασις non minus addubito quam ipsum ver-

---

ταθεῖναι Andocid. de Myster p. 54. unde translato sensu ἱκετερίαν τίθεσθαι *suppliciter rogare* Philost. V Apoll. IV. 16. 153. Himer. Or. II. 394. nec hoc solum, sed et εὐχὰς δημοσίας τίθεσθαι ὑπὲρ τινος Appian. Bell. Civ. II. 106. p. 321. et μαρτυρίαν τιθέμεσθαι λιτήσιον ἠδὲ πρόσευξιν Orph. H. XV. 2. quod mihi ille scripsisse videtur pro λυτήριον. In his omnibus propriae significationis vis adjecto verbo obscure cernitur, quae plane latet in his: ἱκετηρίαι καὶ λιταί Dion. Hal. VIII. 50. 1624. ἱκετηρίαν καὶ παράκλησιν Aristid. Or. in Sarap. p. 59. T. I. (Κλῆσιν καὶ ἱκετειαν Or. Sacr. IV. 323. T. I.) similibusve Philo de Legatt. ad Caj. p. 1025. B. Synes. Ep. LXI. 204. C. Schol. Soph. Aj. 1194. pro πρόσκλησις s. ἱκετεία, quae nonnunquam interpretes non satis ceperunt, ut ap. Polyb. XV. 8 509. μεθ' ἱκετηρίας τυχόντες ὧν παρεκάλουν pessime vertunt: *cum vittis et infulis* v. Irmisch. Exc. ad Herodiam VII 893.

b) Αγορασία Dio Cass LXVIII. 2. 1119 Heliod. IX. 23. p. 383. Hesych. s. πρᾶσις. Apud Poll. III. 127. Πλάτων τῆς ἀγοράσεως εἴρηκεν, ὡς Τηλεκλείδης τῆς ἀγοράσεως, non video quid aliud alterutro loco reponi possit. Οπλισία fortasse restituendum est in Philet. Epigr. I. p. 221. Νικιὰς ἐκρέμασεν Σάνδαλα καὶ χαίτης ἀνελίγματα καὶ ζώνην πολύτιμον, ἅ τ' οὐ φωνητὰ πρὸς ἄνδρας ἀλλὰ πυρεῖ πάσης Κυπρίδος ὀπτασίαν. Cod. ἐσορῇ. unde suspicetur quis legendum esse ἅ τ' οὐ φων. πρ, ἄνδρας ἀλλ' ἐσορῇ (i. e. ἐσορῇς). πάσης Κυπρ. ὀπλισίαν, *quaeque alia vides omnifariae Veneris instrumenta, viris celanda.*

bum ξηράω, quod e Theophrasto affert Schneiderus, ubi ἐξηρᾶσθαι (in edit. Heinsiana p. 248. ξηρᾶσθαι editum) eodem modo depravatum est, quo παραβεβᾶσθαι ap. Suid. et Sopatrum Διαιρ. Ζητημ. p. 424. atque alia hujusmodi, ut ξηρασθέντα L. IV. de Caus. Pl. c. p 318. et ἐξήραται V. 20. p. 345. Haec autem etsi ad usum sunt paria, natura tamen aliquid discriminis habent, quod quale sit mox intelligetur clarius, ubi universi generis rationem explicuero. Namque eadem illa ratione, qua verba et adjectiva composita terminationis diversitate distingui solent a primitivis, etiam substantiva verbalia, quorum est maximus numerus ususque necessarius, si cum aliis orationis partibus componuntur, terminationem mutant, ut θέσις, ἀγωνοθεσία, ἁρματοθεσία, Eustath. ad Ιλ β. v. 266. addend Lexicis, ἀστροθεσία, ἀσυνθεσία, χειροθεσία. Ab hoc autem genere segreganda sunt. quae proxime a verbis puris proficiscuntur, ut ab εὐδοκιμέω est εὐδοκίμησις, a φιλοφρονέω, φιλοφρόνησις, et sic reliqua ἀδελφοποίησις Athanas Or. II. c. Arian. 62. p. 530. οὐλοποίησις (τριχῶν) Galen de Comp. Medic. p Loc. I. 3. 341. B. quod utrumque deest Lexicis, θεοκλύτησις, εὐχρέστησις, φιλοποίησις, φιλοτέχνησις etc. Μακροβιόω quum in usu non sit, merito suspectum est μακροβίωσις Baruch. III. 8. pro quo μακροβιότης dici solet Galen. Theriac. ad Pamphil. p. 961. A. T. XIII. Diog. La. VII. §. 28 Niceph. Greg. III. 1. 31. C. ὀλιγοχρονιότης et βραχυβιότης Theophrasto usitata de Caus. pl. II. 17. Hist. pl. IV. 14. His autem omnibus adpositae sunt formae in ια ab adjectivis ductae, ἀναρίστησις - ἀναριστία, θεοφόρησις - θεοφορία, εὐδοκησις-οκία, νυκτοφυλάκησις - ακία, ὁμολόγησις - ογία, ὀξυθύμησις - υμία, παιδαγώγησις - ωγία; ναυπήγησις Hesych. s. ξυλοδωνίη, et τεκνοποίησις Schol. Venet ad Η. Λ. 243. Lexicographis notanda erunt. Sed ut haec parasyntheta simplicium formam induunt, ita ea quoque, quae cum praepositionibus composita sunt, si ab actionis definitae significatione ad rei adtributae notionem traducuntur, productiorem formam hujus notionis propriam, accipiunt Sic v. c. ἐπίστασις et ἐπιστασία, πρόστασις et προστασία exiguo quidem et saepe confuso nec tamen plane nullo discrimine discernuntur. Nolo exempla digerere in digi-

tos, sed si quis mecum rationes putare velit, de mentis in aliqua re defixae intentione communiter ἐπίϛασιν, de rerum administratione ἐπιϛασίαν dici, raro hoc sensu ἐπίϛασιν, rarissime illo modo ἐπιϛασίαν usurpari reperiet, ut ne unum quidem hujus significationis certum exemplum (nam Polybii codd. titubant) Lexicographi adtulerint, cujusmodi est ἐπιϛασία τις γνώσεως Synes. Dion. p. 48. A. De defectione ἀπόϛασις dicitur Thucyd. IV. 80. Arrian. Alex. I. 9. Plutarch. V. Marcell. X. 295. Diod. Sic. II. 67. Joseph. Antiq. XVIII. 5. 884. XX. 6. 968. quo sensu quum et ἀποϛασία crebro apud recentiores praesertim, occurrat, c) sequitur, ut, si lectio ambigua sit, res in suspenso relinquatur: ut in Dion. Hal. VII. 1:. 1342. pro ἀποϛασίας cod. Vat. ἀποϛάσεως exhibet, quod utrumque apud hunc scriptorem ex intervallo saepe exiguo occurrit cf. VII. 1. 1307 et 1308. IV. 64. 796. et 67. 803. posterius tamen frequentius, et saepius in codd. servatum v. Joseph. Ant. XIII. 7. 655. Πρόϛασις pro προϛασία s. principali dignitate, dubito an praeter Plat. Polit. IX. p. 504. D. reperiatur, neque aliud exemplum Ruhnkenius ad Tim. p. 246. expeditum habuit; ideoque cum hoc facilius transigi posset, nisi alia forma intercurreret, parvulo scripturae et significationis discrimine sejuncta: quam discrepantiam notavit Suidas: προϛα-

---

c) Niceph. Bryenn. II. 40. C. Gregor. Naz. Or. IV. 87. B. ed Paris Constant. Porphyr. Admon. XXXIX. 108. F. Justin. Excc. Legg. p. 167. C. Anna Comn. II. 49. Schol. Thucyd. l. c. 137. τὴν ἀνάψασαν ἤδη ἀποϛασίαν καθελεῖν Niceph. Bryenn. L. III. 7. 73. D. ubi notandum est ἀνάψασαν pro ἀναφυεῖσαν. Sic apud Gregor. Naz. Or. II. p. 32. B. τάχιϛα ἂν ἐκ μικροῦ σπινθῆρος ὁ τῆς ἀληθείας πυρσός ἐκλάμψειε, repone quod codd. Colbertini praebent ἀνάψειε. Αἱ λαμπάδες ἀνάψουσιν *accendentur* Eunap. V. Maxim p. 73. ἡ ἀνάπτουσα λαμπάς Niceph Bryenn. IV. 22. 100. A. Sed apud Gregor. Naz. Or. IV. 90. E. πῦρ ἐμφωλεῦον ὕλῃ σπινθῆρες ἐξάπτοντες υποσημαίνουσι, legi debet ἐξάπτοντες. Talia multa e recentiorum scriptis afferre possum; unum est ceteris mirabilius, ἀπολώλε activa significatione: μικροῦ καὶ τὰς φρένας ἀπόλωλο *pessumdedit*; apud Dion. Hal. IX. 40. 1852. T. IV. τὴν παρθενίαν ἀπόλωλε Sylburgius malit ἀπολώλεκε.

τεία, προςατία δέ. Apud Thucyd. II. 80. 374. nunc pro προςασία e pluribus codd. receptum est προςατεία ἐτήσιος, quod confirmatur Dionis exemplo προςατεῖαι ἐπετήσιοι Hist. Rom. L. II. 9. 666. XLI. 34. 285. LXV. 8. 1065. quod si quis eorum, qui veteres omnia eodem modo dixisse volunt, solum probandum putet, is conflictabitur cum alliis locis multis ejusdem scriptoris, qui προςατία tuentur, et cum Thucyddye ipso, qui eodem sensu ἡ τοῦ δήμου προςατία dixit II. c. 65. Sic προςατίαι καὶ ςρατηγίαι Demosth. de fals. legat. p. 435. of. Philipp. IV. 145. ἀρχαὶ καὶ προςατίαι Liban. Ep. 1384. p. 638. saepissime de pompa et magnificentia regali, quo sensu επιςτατεία aut nunquam aut raro usurpatur; e Polybio V. 43. 301. nunc ea forma sublata est, e Dione Cass. LXII. 2. 1003. ut exterminaretur, auctor fuit Leunclavius, cui quae exempla opponit Reimarus e diverso genere sunt. Sed de his dicam alio loco.
